



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

Iv [i.e. ix]. Hunc existere, à posteriori demonstrari potest.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

bus locis adæquatis. Similiter naturaliter trā-  
 fire nō potest ab uno ad aliū locum sine tran-  
 sito medio nō comūnicāte; posset enim aliās  
 in instante locare se in loco quocunq; dis-  
 sito, cūm potentia loco motiva vires in medio nō  
 exhauriret. Potest nihilominus pro libertate  
 sua prius deserere partem loci sui adæquati,  
 quā totū, cūm totus sit in toto, & totus in  
 qualibet loci parte: ut & propter eandē ratio-  
 nē pro libitu suo nunc majorem, nūc minore  
 locum intra sphaerā suæ præsentia occupare.  
 Ad existēdum in loco determinatur per ubi-  
 cationem sibi superadditam.

IX. DEUM existere demonstrari potest à po-  
 steriori, Scripturā inquitente: *à magnitudine  
 enim speciei & creaturae cognoscibiliter potest  
 creator horū videri*: Sic enim videmus quoti-  
 die aliqua de novo fieri, nō fiunt à seipsis, cūm  
 idem nequeat producere seipsum: si ab alio  
 hoc iterum ab alio, vel nō, si ab alio, illud ite-  
 rum ab alio, & sic itur in infinitum: vel nō; &  
 sic habemus ens aliquod primum, quod non  
 est ab alio, necessarium in existendo, & perfe-  
 ctionis infinitæ, à quo reliqua omnia suū esse  
 & perfectionem habeant; & illud ens *Deum*  
 dicimus. *Definitur Deus esse intellectio à se,*  
 vel

vel magis explicitè : *intellectio spiritualis substantialis existens à se.* Dicitur potius intellectio, quàm ens, quod est genus remotius. Dicitur potius intellectio, quàm intellectus, ut ostendatur, in Deo non dari potentiã physicã intelligendi, utpote quæ dicit principium elicitivum & receptivum intellectiois à se distinctæ, à qua imperfectione depurari nequit, nisi simul ejus ratio differentialis tollatur : è contra intellectio depurari potest ab eo, quod sit accidens, dependens, distincta à principio suo &c. absquẽ eo, quod tollatur ejus essentia, nimirum vitalis imago objecti. Dicitur *existens à se*, nõ positivè, quasi producta sit à seipsa, sed negativè, id est, improducta : estq; hoc prædicatum primò proprium & differentiale Dei, radix reliquorum, cõtrahens omnia ejus prædicata; imbibitum in attributis omnibus implicitè, nõ explicitè, Deumq; ab omni alio distinguens, ideò enim Deus est ens illimitatum, quia est à se, inde immutabilitas, æternitas &c.

Atquẽ hæc pauca de Deo Philosopho sufficient.

Omnia ad hujus Optimi Maximi Dei gloriam.